

1569. SCORZONERA *stricta*.

Sc. foliis lineari-subulatis carinatis lanuginoso-villosis: caulibus superioribus diminutis subulatis, caule pedunculis aequalibus elongatis paniculato, calycibus villosis demum caluescentibus.

Sc. caule simplici multifloro, foliis lineari-subulatis carinatis basi sublanatis strictis, pedunculis longissimis subnudis, calycibus glabris. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 750.*

Sc. villosa. *Flor. taur. cauc. n. 1569. (exclusis synonymis.)*

In campestribus apricis ficcis ad Wolgam inferiorem et in transwolgensibus ad Rhyllum usque passim reperitur.

A Sc. villosa Scop., quae cum habitu convenit, discrepat potissimum pappo non obscure plumoso vel ferrulato-scabro, verum, ut in reliquis Scorzonis, sicut in Tragopogone, duplici: exteriore multifido toto insigniter plumoso, interiore longiore quinqueseto: basi plumoso apice ferrulato. *Planta junior evidenter villis mollibus pubescens, immo cinerascens, aetate evadit glabriuscula, imprimis superne. Folia juniora mollia, seniores rigescunt et eriguntur.*

1569*. SCORZONERA *mollis*.

Sc. foliis lineari-subulatis carinatis lanuginoso-villosis: junioribus margine undulato-crispis, caule brevissimo folioso, pedunculis elongatis apice incrassatis subcorymbosis calycibusque lanuginoso villosis.

Sc. tomentosa. *Pall. it. 3. p. 513. 537. 654. 682.*

Crescit in collibus apricis ficcis Tauriae, ad Wolgam inferiorem circa coloniam Sareptanam, etiam in transwolgensibus. Floret Majo. ♀

Fefellit me *habitus* hujus singularis, ut pro *varietate* juniore magis pubescente humili praecedentis eam haberem; caule aetate demum ultra folia elongando; postmodum *discrimina* agnoui constantia, secundum quae tuto pro peculiari specie proponi potest. *Pubes* cinerea totius plantae etiam in pedunculis atque calyce copiosa, ne quidem in seminiferâ evanescit. *Radix* validior ad terrae superficiem multiceps. *Caulis* ita brevis, ut *pedunculi* scapos radicales referant folia vix superantes. *Folia* basi quidquam latiora quam in praecedente, flaccidiora; nervo medio valde dilatato. *Calycis* squamae exteriores longiores. *Flosculis* et *seminibus* cum praecedente convenit.

Comparanda est cum *Sc. undulatâ Vahlîi* et *diagnosis* rite stabilienda.

1570. SCORZONERA *ensifolia*.

Synonyma adde: *Sc. species*, Idschelik Kirgisis. *Pall. it. 3. p. 464.*

Lasiospermum ensifolium, *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34.*

In transvolgensibus ad Rhymanum usque et ultra versus orientem in desertis arenosis passim provenit, nuper quoque in Ucraniâ a *Candidato medicinae Tschernajew* reperta est.

1571. SCORZONERA *eriosperma*.

Synonyma adde: *Marsh. cent. plant. rar. rossic. 2. t. 69. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2888.*

Lasiospermum angustifolium. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34. Besser catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 77.*